



**Arnoldi Corvini â Belderen, Batavi, Jcti quondam
Consummatissimi, Consiliarii Electoralis & Professoris
Moguntini Publici, &c. Tractatus Geminus De Personis
Atque Beneficiis Ecclesiasticis Sive ...**

opus posthumum, diu desideratum, nunc demum excusum, & indice
locupletissimo instructum

De beneficiis ecclesiasticis

Corvinus van Beldern, Arnold

Francofurti ad Moenum, 1708

VD18 10184902

Fiduciis seu Commendis Ecclesiarum. Tit. 11

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62028](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62028)

Dissolvere uniones possunt hi, qui eas facere, Ac Legatus &⁶³
 Episcopus non tantum à se factas, sed & à Summo Pontifice ex pote-
 tate ordinaria celebratas; non absolutæ potestatis auctoritate fa-
 ctas; nec & Cathedralium Ecclesiarum, nec beneficiorum exempto-
 rum: *Rebuff. d. praxit. de revocat. union. num. 21. Cuchus Inst. Jur.*
Can. lib. I. hoc tit. verf. dissolvere.

Possunt hoc multis ex causis; Veluti, quando per Unionem⁶⁴
 tollitur hospitalitas; religionis fit dissolutio; *d. c. novit ille. I. Ne Sede*
vacant. quid innovet. quando cessat causa propter quam facta; ut si de-
fierint Ecclesiæ esse pauperes; c. cum Martinus. de constitut. si incipiat
nocere Ecclesiis; c. suggestum de decim. quando facta per Simoniam.
vid. Rebuff. d. tit. Dartis d. loco. in fin.

Ad revocationem hanc causæ requiritur cognitio, & Capituli⁶⁵
 consensus, ac vocatio Defensoris. *Azor. d. lib. 7. cap. 29. qu. 5. &*
6. Garc. d. loc. num. 307.

Revocatione facta omnia in antiquum redeunt statum. *Petr. 66*
de Persio de revocat. union. cap. 5. num. 1. usque ad 12. Rebuff. d. loc.
num. 38. Garc. d. loc. 67. in fin. Cuchus d. loc. verf. ult.

TITULUS XI.

De Fiduciis, seu Commandis Eccle- fiarum.

SUMMARI A.

1. *Commenda quid. facta.*
2. *Eius origo antiqua. 5. Exagitant eas Inter-*
3. *Commendatarii, an pretes.*
4. *Custodis jus fuerit ma- 6. Commenda hodie vel*
- jus. sunt Temporales, vel*
- 4. Commenda pernitiosa Perpetua.*

7. Illæ

Corynus
De Personis
et Beneficiis Ecclesiasticis

G IV
32

- 272 ARNOLD. CORVIN. De Benefic. Ecclesiast.
7. Illæ quando fiant. 15. Est ea Titulus Can-
8. A quibus fieri ha- pos- nicus.
sint. 16. Diplomatis Pontificis
9. Non ultra sex menses. 17. Quæ hinc inferantur
10. Quæ hic Concilii Tri- 18. Commendatarius pe-
dentinæ correctio. petuus quam habet
11. In illis Vicarii depu- auctoritatem.
tatio ad quem spectet. 19. Moriente eo, Benefi-
12. Quæ earum vis. um reddit ad primam
13. Commenda perpetua, naturam.
quæ. 20. A dictis Commendiis
14. Eam concedit solus diversa sunt Commendiis
Papa: Et Quare. da Militares,

Binter modos ordinarios quibus Beneficia acquiruntur, sunt & Commenda & Triennalis possesto. De quibus nunc comedine videndum.

I Commenda, est Ecclesiæ custodia alicui commissa. Glos. in c. nemo deinceps. de elect. in 6.

2 Origo ejus antiqua. Priscis enim temporibus cum Ecclesia vacanti Pastori idoneus statim non poterat præfici, interim ut ex malitia incommoda, quæ ἀναρχία parit ut plurimum, evitarentur, solliciti Ecclesia vacans commendari & committi Viro alicui probo, qui tamquam tutor quispiam aut procurator actus sui reddererationem. Ispu non erat Ecclesiæ pastor, constituebaturque tantum ad tempus: eas constitutum. 7. qu. 1. Qua de causa poterat & Ecclesia alterius Minister mandari hæc curatio & administratio. Non enim contra Pontificios canones duabus videbatur præfici Ecclesiæ, aut transferri ab unius ad aliam, cum unius Ecclesiæ esset pastor perpetuus, alterius vero de-

stos temporarius: can. Clericum. can. qui plures. 21. qu. 1. can. obitum.
16. can. Catinensis. 17. dif. 61. c. dadum. 2. de elect. & eo modo accide-
bat, ut unus idemque duas haberet Ecclesias, unam Intitulatam, aliam
Commendatam.

Commendatarii tamen jus, Custodis jure erat maius. Erat enim 3
Procurator & in spiritualibus & temporalibus, &, prater bonorum
immobilium alienationem, & quæ consecrationis exigunt ministerium,
poterat omnia; c. 11. cui de elect. in 6. Propræcaque perinde
acis qui Titulum habet, ex beneficij Commendati redditibus faciebat
sumptus, subministrabat alimenta, Ecclesiæ persolvebat debita; Ar-
chidiacon. in can. qui plures. 2. qu. 21. cum hæc omnia Custodi essent de-
negata. Datis tract. de benefic. sect. 6. cap. 8. vers. ad beneficia. in fin.

Verum res longè utilissima, ad consulendum Ecclesiæ vacanti- 4
bus inventa & excogitata, tandem in ipsarum conversa est perniciosa
& pestis. Cœpit enim per eam viam de vacantibus Ecclesiis provi-
deri iis, quibus non licebat per canones; veluti ut quis contra canones
duabus præficeretur Ecclesiis; ut cum beneficia sacerdotalia sacerdotalibus,
regularia debeat regularibus, possit regulare in Commendam dari
Seculari, vel seculari Regulare; vel cum patienti ætatis defectum da-
tur beneficium in Commendam; denique quoties in eo, cui conferen-
dum est aliquid beneficium, juris aliquis est defectus, illud Romanæ
Curæ moris esset solet, ut eidetur beneficium in Commendam. Dar-
tis d. loco. vers. sed que. vid. Gambar. de offic. Legati. lib. 4. rubr. de po-
test. Legati in commendando benef. qu. 21. num. 57. Campeg. de com-
mend. benefic. num. 7. Rebuff. de pacific. possessor. tit. de commenda.
num. 7.

Quod genus Commendarum multis modis Interpretes impro-
bant & exigitant: docent ex eo Ecclesiæ multa evenire mala: Datis
d. loco. Duar. de benef. lib. 5. cap. 7. Petr. Gregor. in Enarrat. ad tit. De-
cret. derescript. lib. 1. cap. 17. num. 3. Nos judicium nostrum suspen-
dimus hic; relinquimus judicium perpendendum Pontificibus Sum-
mis,

[M.m.]

mis, & Commandarum Collatoribus, & conscientie casus exag-
tantibus. Considerabimus Commenda naturam hodiernam.

Est ea duplex; *Temporalis* vel *Perpetua*; seu altera in Ecclesia, altera in Commendatarii utilitatem; cum facultate disponendi de fini-
bus, sicut verus Beneficiatus. *Zech.* de benef. & perf. cap. 7. *Jacob*
Graffis. in aureis decif. part. 1. lib. 2. cap. 97. *Garc.* de benef. part. 4. cap.
4. num. 7. *Lotter.* de re benefic. lib. 3. qu. 8. num. 11. *Barbos.* Jur. Excl.
univ. lib. 3. cap. 9. num. 1.

7 *Temporalis* sit, quando alicui datur beneficium in custodiam ad-
ministracionemque ad tempus, ad Ecclesiae utilitatem. Qui (com-
mendare nihil aliud sit quam deponere. *I. commendare.* ff. de ob. 1.
signif. *I. Lucius.* 2. 4. ff. depositi. can. ne quis arbitretur. 22. qu. 2.) De-
positorio fit similis. *Gloss.* in d. can. ne quis arbitretur. verb. commen-
dere: vers. idem est quod deponere. *Barbos.* de off. & potest. Epif. pat. 3.
alleg. 59. num. 10. & d. lib. 3. cap. 9. num. 4. Excepto eo quod, con-
tra quam depositarius, sibi ex fructibus conferat alimenta & expensas,
idque in temporarii regiminis & gubernii retributionem. *Archidiac.*
in d. can. qui plures. num. 1. *Rebuff.* d. tir. num. 3. *Rota* decif. 77. lib.
num. 3. ver. eo quadragis. part. 2. recent. *Latr.* d. loc. num. 117.

8 Fieri hoc potest ab Episcopo, sec. c. nemo. deinceps. de dictib.
non Eo inferiore, *Domin.* in c. nemo. de elect. in 6. num. 14. & ill. Franc.
num. 8. *Felin.* in c. audit. num. 12. de presumpt. *Corras.* de benef. 1.
part. cap. 6. num. 3. *Gambar.* d. tract. lib. & rubr. qu. 21. à num. 16.
nisi quasi Episcopalem Jurisdictionem habente: *Flores de Mena* vnu.
lib. 2. qu. 24. num. 16. *Tambur.* de Jure Abbatum. tom. I. disp. 4. qu. 1.
num. 8. & 9. *Garc.* d. loco. num. 11. & 12.

9 Sed non ab utroque ultra sex mensēs. d. c. nemo deinceps. de dictib.
in 6. Nisi Ecclesiæ necessitas vel utilitas duret diutius. *Gonzal.* ab
reg. 8. *Cancell.* *Gloss.* 5. §. 8. num. 35. *Azer.* *Instit.* Moral. part. 2. lib. 6.
cap. 8. qu. 7.

Quod

Corvinus De Personis et Beneficiis Ecclesiast.

G

IV

32

Quod per Concilium Tridentinum correctum, declarante Sa-¹⁰
ere Congregatione, hisce verbis; *Commende, quæ ad sex menses in Ec-*
clesiis curatis fieri poterant ab Ordinariis, juxta c. nemo. de elect. in 6. am-
plus, post Concilium, locum non habent, cum debeat in eis deputari Vi-
carius ad formam. cap. 18. seqq. 24. Garcias d. loco. num. 15.

Eius Vicarii deputatio, donec providentur de Restore, spectat ¹¹
semper ad Episcopum diocesos, in quâ est Parochialis. *Leo in The-*
sauo Fori Ecclesiast. part. 2. cap. 18. num. 52. Barbos. d. lib. & cap.
num. 9. & 10.

Sed in istis Commendis temporalibus adest Titulus nullus, nec ¹²
datur jus in re, nec jus ad rem, & semper revocari possunt; *Gomes.*
ad reg. Cancell. de non tollendo jure quæsto. qu. 4. num. 22. Gonzal. d. Gloss.
5. §. 8. num. 37. etiam intra semestre: Gloss. in can. qui plures. 21. qu. I.
&c. si confiterit. de accusat. Gare. d. loc. num. 53. Barbos. d. loc. num.
12. cum aliis seqq.

Perpetua Commenda est, quæ concedi solet in favorem certæ per-¹³
sonæ cum facultate disponendi de beneficio ut verus beneficiarius.
Flam. Paris. post alios. de resign. benefic. lib. 2. quæst. 17. num. 8. Lotter. d.
tract. lib. 1. qu. 17. num. 10. cum seqq.

Eam concedit solus Papa. *Aeneas de Falcon. tract. de reservat. 14.*
qu. 3. num. 11. Gambar. d. loco. num. 162.

Quare supra propalatum. Merito talem Commendam appellant Mandos. *ad reg. Cancell. 33. qu. 30. num. 3. Gonzal. d. Gloss. 5. §.*
8. num. 6. aliique dispensationem palliatam ad obtinendum aliquod be-
neficium alias obtineri prohibitum.

Est ea titulus Canonicus, c. dudum. il. 2. de elect. d. can. si plures. 1 §
21. qu. 1. Gonzal. d. gloss. 5. §. 8. num. 2. parumque aut nihil distat ab
aliis favoriorum provisionibus. *Gonzal. d. loc. num. 3.*

Quod ostendit conceptio formulæ ejus in Diplomatibus Pontifi-¹⁶
ciss. Quæ solet esse hujusmodi; *Ut commodius opera sistentare valeas,*
[Mm] 2 de

de alicujus sustentationis auxilio providere cupientes, tale beneficium
etoritate Apostolica concedimus, & commendamus, ac previdemus, pte,
quamdiu vixeris, obtinendum & possidendum, ita quod durant com-
menda hujusmodi de fructibus, ac redditibus ipsius disponere & ordinare
valeas. &c. Rebuff. d. lit. num. 82.

17 Ex quo inferuntur haec: I. Regulas Cancellariae, loquentes &
beneficiis & sibi vindicare locum in Commendis perpetuis: *De Regula,*
de infirmis resignantibus testantur hoc Gomes. *ibid. qu. 13.* *Gonzal.*
Gloss. 5. §. 8. num. 13. *De regula de publicandis resignationibus;* *Gomes.*
ibid. qu. 3. *Gonzal.* *3. §. num. 6.* *De regula de idiomate;* *Gomes.* *op. 7.*
Gonzal. *num. 21.* *Mandos.* *32. qu. 7. num. 14.* *De regula. De triennio;*
Gomes. *ibid. qu. 5. num. 10. cum seqq.* *Gonzal.* *d. loco num. 22.* *Dergulus.*
De verisimil. notitia; *Gomes.* *ibid. num. 4.* *Gonzal.* *num. 23.* *Dergulus.*
De beneficiis vacaturis per promotionem ad Ecclesiastas & monasteria. *Gon-*
zal. *d. loc. post num. 32.* *Rota decif.* *791. num. 8. cum seqq. part. 1. divers.*
II. Commendas perpetuas esse irrevocabiles: *Gomes.* *in reg. de pub-*
licandis. *qu. 4.* *Rota decif.* *791. num. 11. part. 2. divers.* *Gonzal.* *d. §. num.*
29. & 33. III. In alterius beneficii impetracione, ut gratia fru-
lida, mentionem debere fieri de tali Commenda. *Gonzal.* *d. §. num.*
17. IV. Talem commendam requirere qualitates legitimas, peccare
ut verum beneficium: *Gonzal.* *d. §. num. 3.* *Caputq. decif.* *127.*
num. 3. part. 1. V. Incompatibilitatem operari inducere a c. le
multa. de præbend. & Extrav. Execrabilis. eod. Hojeda. de incompati-
t. benef. part. 2. cap. 14. à num. 16. *Gonzal.* *d. §. num. 20.* Sed hodie,
vi Concilii Tridentini, sess. 7. dereform. cap. 4. sic statuerit. Quicunq;
de cetero plura Curata, aut aliás incompatibili beneficia Ecclesiastis fer-
per viam unionis ad vitam, seu Commenda perpetua, aut alio quocunque
mine & titulo contra formam Sacrorum Canonum, & presertim Constitutionis
Innocentii III. que incipit: *s. De multa, recepta infra mul. rei-*
psō jure, beneficis ipsiis juxta ipsius Constitutionis dispositionem;
illud esset receptum, posse quem unum beneficium habere in titulum,
alterum

Corvinus De Personis et Beneficiis Ecclesiast.

G

IV

Σ

alterum in Commendam: ut jam admonuimus. vide Barboſ. d. lib. 4. cap. num. 35. VI. Commendas has, ſiiant pretio, pertinere ad Simonia materiam. Suarez. de relig. tom. 1. lib. 4. de Simonia. Bonacina de Simonia disp. 4. num. 14. Sebaff. Cesar. in reliet. de Eccles. Hierarchia part. 3. disp. 14. §. 7. prope fin. VII. Commendatarios perpetuos haberi pro Titularibus; Juraque loquentia de hisce, & locum habere in illis. Rebuff. de pacif. poffeff. num. 42. vers. & ſic Mandoſ. reg. 32. qu. 7. num. 8. 9. 10. & 11. Gonzaſ. d. §. num. 7. Flam. Parif. d. tract. de resignat. benefic. lib. 2. qu. 17. num. 13.

Habet Commendatarius perpetuus in temporalibus & Spirituali- 18
bus potestatem liberam: Rebuff. d. loc. num. 41. potest praesentare, eli-
gere & conferre: Rebuff. d. tit. de commend. num. 62. Gonzaſ. d. Goff.
& §. num. 14. super fructibus beneficii commendati transfigere: eos
vendere: Rebuff. d. tit. de pacif. poffeff. num. 40. Gonzaſ. d. loco num.
19. cum alio beneficio, dato in titulum, permutare: c. fin. de rer. per-
mutat. Petr. de Pernio de rer. permutat. num. 9. Gonzaſ. d. loco, num.
24. etiam in favorem resignare: Flam. Parif. d. qu. 17. Gonzaſ. d. loc.
num. 25. tenetur, ut quilibet alias Beneficiatus, narrativam verifica-
re: Putens decif. 253. lib. 9. canonicas preces servare, Vasqu. in opus-
de benef. cap. 4. art. 1. dub. 3. Bonacina de horis Canonice. disp. 1. qu. 2.
punct. 4. num. 3. Bonart. de observat. horar. Canonice. lib. 2. cap. 4.
num. 20.

Commendatario hoc moriente, Beneficium revertitur ad pri- 19
mam naturam. Frederic. de Senis in tract. permut. cap. 15. Gomes. ad
reg. de verisimili notitia. qu. 6. Petr. Gregor. d. loc. num. 5. circa fin. Ru-
ſastrat. de Commend. qu. 6.

Cum dictis Commendis perpetuis non confundemus Praecepto- 20
nas seu Commendas Ordinis Militum Hospitaliorum S. Joannis Hie-
rofolymitani, vel Ordinum aliorum, ut S. Antonii. Habent enim
ha beneficium regularis naturam propriam, & conferuntur personis
[Mm] 3 Ordinariis

278 ARNOLD. CORVIN. De Benefic. Ecclesiast.

Ordinis tantum. Staphilaeus in 8. forma gratiar. expectation. Gregor. d. locorum. 6. in fin.

TITULUS XII.

De Triennali Possessione.

S U M M A R I A.

1. *Possessori pacifico Tri-
ennali non potest move-
ri controversia.* 1. *versetur c. I. de Reg-
istris in 6.*
2. *Ex decreto Concilii Ba-
silensis: postea appro-
bato.* 2. *Titulus coloratus que-
lis esse debeat.*
3. *Is non est sine Titulo.* 3. *Eum quando docim-
us. In eo non requiri-
tur possessor.*
4. *Titularis est aut Justus
aut Coloratus.* 4. *Bona fides.*
5. *Justus triennali posse-
sione non indiget, o-
mnino Coloratus.* 5. *Triennium quale es-
tatio debeat.*
6. *Hunc habere qui dicantur.* 6. *De eo protestari debet.*
7. *Qua dicantur posse-
sores intrusi.* 7. *Qui post triennii la-
psum agere possint.*
8. *An colorato Titulo ad-
juventur.* 8. *Qui dicto Decreto no-*
9. *Titulus coloratus que-
lis esse debeat.* 9. *An currat agere im-
pedito.*
10. *Eum quando docim-
us. In eo non requiri-
tur possessor.* 10. *Triennium quale es-
tatio debeat.*
11. *In eo non requiri-
tur possessor.* 11. *De eo protestari debet.*
12. *Triennium quale es-
tatio debeat.* 12. *Qui post triennii la-
psum agere possint.*
13. *An currat agere im-
pedito.* 13. *Qui dicto Decreto no-*
14. *De eo protestari debet.* 14. *An currat agere im-
pedito.*
15. *Qui post triennii la-
psum agere possint.* 15. *De eo protestari debet.*
16. *Qui dicto Decreto no-* 16. *De eo protestari debet.*

Corynus
De Personis
et Beneficiis Ecclesiasticis

G. IV.
32